Quaestio Medica Quodlib. disput. agit.da In Schol. Medic. die Jouis 12 febr.

Eruditiss. viro D. Claudio Rousselet D. M. moderatore prudentiss.

An Partium Principum Syntimoria?

Corpus hominis ab Elementis pari virtute confluentibus duorum principiorum seminis ex toto decisi, et menstrui sanguinis substantia conflatum, itaq; et temporis praestantissima nobilitatum partium desq; quibus structura et figura multiplici varium, sic earum servio a consensu omnium efficitur. Ex quibus tres sunt principes, caeterarum oeconomiam requirentes mutua conspiratione connexas, et ad vitam necessarias, hepar, cor, cerebrum. Hepar quidem visceum antiquissimum naalis facultatis origo, per venas confectum ex chylo sanguinem in quatuor humores complexum futurum partibus omnibus alimentum distribuit, spiritui vitali materiam suggerit, fluorem triplicis status reparat, glandularis organis vim aliquam tribuit, suo calore nunq. febriante totum corpus perfundit, in aegris caeteras partes languidas excitat, aut si pravo sit affectum in suum consensum adducit.

Huic ventriculus (nimis loquitibus omnium confusio) alimentum praeparat sine tantum sibi prospiciat. Sed faeculento humore liber reponitur, qui cum jactura corporis saepe flovescit. Cystis bilem sibi vindicam, intestinis vitiliem prolicit, alioquin totius partes omnes infectuvam. Ambo renes mundis serij serum recepti vesica, loturiq; sorbit, et urinas materiam trahunt undiquaq; et in substratam vesicam triplici villorum genere contextam per insensibiles ureteres effundunt continendam ab ea donec voluntatis imperio foras protrudatur. Intestina ventriculo tunicas suas habentia non modo egerendis foecibus sunt dicata, sed etiam a toto corpore excrementa suscipiunt.

Cor viscerum nobilissimum in medio thoracis situm, fons caloris et spus vitalis vim proprie illustrat, cerebro per carotides materiam largit, ex qua proventur spus animalis omnium subtilissimus, venisq; fumosa continet, fixum calorem tuetur, partes omnes ad agendum impellit, adeo quo tantas est ad vitam necessitatis, ut pars nulla citra ejus usum quicq. efficere, eoq; concidente caeteras protinus corruant. In vero dextro sinu ampliore pulmonis alendi gratia condito, sanguinem ex cava excipit, sinistro spum vitalem ex naali elaborat, quem per arterias pariter micantes cum subtili quodam sanguine in partes singulas diffundit, ut earum symmetriam conservet, vitam foveat, et actiones perficiat.

Ad huius refrigerium et tutelam pulmo est conditus respirationis munus a vita separandas instrumentum qui in plures lobos suos diffectus cordi molliter incubat, haustum aerem imbibit, quem cordi attrahendi suggerit per arterias cavam venculis aspera non occurrentem, ut ex eo calor smatus temperetur, spus vitalis alatur. Cui muneri lien et rava cum stata apta est, bilioso sanguine seiceo reparanda, quas facit ut et motum thoracis animalem facile sequatur, et saniem in pectore congestam exugat, per crinas intestinum labij tussi excludendam.

Quod summo corpore oculorum gratia situm est cerebrum duplici meningum circumtectum in hoie amplissimum, temperie frigidum humidum, mentis domicilium sensus et motus principium partibus omnibus insentit facit, et per nervos connectitur. Cordis ardorem temperat, respirationem moderatur, ventriculum ad cibum poscendum invitat, excrementis alvi et vesicae exitum patefacit, sensoriis omnibus imperat, singulis partibus sensum, non semper motus comitem ad eorum molestare proprioceptum impertit, motum non sine musculis efficit, nervis interim utriq; actionis organis existentibus, per quos meatus non expeditis facultas animalis cum spu quoquoversum diffunditur.

Ergo Partium Principum Syntimoria.

Ponebat Joannes Cotreau Rhemensis. 1579.

D. D. Disput.

M. Petrus de la Bistrade.	M. Enuet. atragon.	M. augustinus frondebeuf.
M. Henricus de monantheuil Pr. req.	M. Lazarus Thenot.	M. Joannes le Conte Pr. req.
M. antonius Duval med. Req.	M. Martinus Eirard.	M. Claudius Rousselet.